

Hortus conclusus Conclusionibus universę Theologię plantatus ad  
 Mentem Doctores subtilissimi Joannis Duns Scoti Minoritę Con-  
 ventualis dicatus, et consecratus Candido inter spinas Lilio Ru-  
 bicundo sine spinis Rose, Mystice Horum Regine, Virge de  
 Radice Jesse Christianorum auxiliatrici fidelissimę Marię Vi-  
 gatus ad A. R. P. Gabrielem Lötzer sacre Theologię Baccalaureo  
 et actuali ejusdem, ac controversiarum Viennę ad P. Coued in studio  
 Generali Professore Ordinario Ordinij Minoru S. Francisci Con-  
 ventualium, ad fructus honoris et honestatis degustandos publico  
 ingressui apertus a R. R. P. P. Baccal. Caspiano Ulmer, et Pas-  
 chale Tir ejusdem studij ac Institutij Cultoribus, Viennę ad S.  
 Crucem Mense Septembris Die Anno 1728.

1. Coniō: Hortulana nostra Theologia in Meditullio suo quasi Codicē exaltatam  
 considerat Reuerentiam.
2. Cujus radix Metaphysica est a Se.
3. Stipes ejus aspergitur ex quidditatiuis prædicatis, Substantiale, Spirituale,  
 utrens, intellectuale: Rami sunt attributa.
4. Inter hæc, et illa floridissima distinctio Scotica naturam monstrat ficum.
5. Oculus corporis est Surculus inoculatus, quia Deum absolute videre nequit.
6. Beatitudo est bifolium ex operatione intellectiva, et uoluntaria concretum,  
 Cujus tamen flos principalior est Amaranthus uoluntatis.
7. Herba Scabiosa, ideoque eradicanda nobis uidetur Prædefinitio actuum huma-  
 norum medio Decreto prædeterminante.
8. Nec minus a Scientia media, tamquam ab acetosa horrescunt dentes nostri.
9. Laurum Florię, aut Palmam non plantat Prædestinans Deus nisi post præ-  
 uisa merita.
10. Nec ullam plantam ad comburendum reprobat nisi præquisiis demeritorum  
 zizanijs
11. Flos Trinitatis Personarum Anus radicitur in Stemmate unius Spentię.
- 12.

esta obligacion de pagar los tributos en los censurarios



23. In hujus Floris trifolio una Persona est origine prior altera.
24. Tellus in horto nostro nec fragum, immo nec fungum creando producere potest.
25. Angelica Major, et Angelica minor probabiliter sunt Specie indistincte nature Angelorum,
26. Qui balsamo, et diuina gratia Sanctificantis sunt concreati.
27. Vrticam tamen per primum peccatum Philantia germinarunt, et ita Rabus incombutus facti sunt.
28. Adam vero per morsum pomi in posteros momordicam culpe originalis transplauit.
29. Peccata actualia formaliter sunt Spinae, rectitudine debita, <sup>in spe actus</sup> priuate,
30. Qua se essentialiter reflectunt, et incuruant contra Legem, ut Eliotropia contra Solem;
31. Extra has, et omne peccati solum candidissimum plantamus Marianum Liliu.
32. Spinae peccatorum crescere nequeunt auctore Deo.
33. A quo tamen fructifera gratia Sanctificantis creatur oliua.
34. Ambae ex natura sua absolute sunt in eodem animi fundo radicabiles.
35. Mortificata bonorum operum germina reuiuiscunt per gratiam.
36. Verbum Diuini in bilam humanitatis humiliandum potuisset assumere allium, aut Rabarbaru etiam naturae irrationalis.
37. Et uenisset in ui presentis Decreti etiam Adamo ex arbore malo non comedente.
38. Unio hypostatica licet sit relatio, est ramunculus extrinsece accrescens, et ab extremis realiter distinctus.
39. Est tamen, quasi Synapsis, maxima omnibus unionibus donis, et beneficiis.
30. Huius Passionis Christi non est infiniti odoris, et ualoris meritorij intrinsece.
31. Lex est odoriferus Cariophyllus, cujus essentia non est publica promulgatione plantari.
32. Trahitque in odorem suum Populu etiam non acceptantem;



- 33. Vt Tabaca penetrat interiora cerebri, quia obligat in Conscientia.
- 34. Quae tamen est contra folium, quod vento rapitur, uidelicet actus meri interni, non offendit potentiam suam.
- 35. Hyacinthos fidei formale motivum est sola Dei ueritas.
- 36. Arborea autumnales instructiose, his mortuae, eradicatae sunt Sectarij in operando, et intelligendo uerbo Dei Scripto
- 37. Et sine tradito Spiritus eorum priuatus ut arundo omni uento doctrine circumferitur.
- 38. Rosa charitatis Regina est, et Flora omnium uirtutum.
- 39. Hyssopus sunt sacramenta, quibus aspersa anima mundatur gratia moraliter causata.
- 40. Tria ex his inextinguibilem in uoluntate, figunt Characteris radicem.
- 41. Vbi est triticum, et uinum (Thren. 12.) ibi Eucharistiae in fieri materia crescit.
- 42. Eucharistia in facto esse ex speciebus consecratis essentialiter concreuit.
- 43. Sumpta sub utraque Majoranum producit gratia
- 44. Rosmarinus, seu aqua effusa potus in uinum, quae sanguinem conuerti debet.
- 45. Conuersio Eucharistica est eductiua non productiua candidi, et rubicundi pascens inter litia Christi plantatio.
- 46. Absinthium sacramentalis Penitentiae nullius est uirtutis, et ualoris si sit sine flore gratiae.
- 47. Myrrha tamen Contritionis, etiam ex motu iustitiae crescens, infirmum sanare potest
- 48. In forma Penitentiae: absoluo te floret herba Thae.
- 49. Florida Aaronis Amigdalus est Ordo Episcopatus proprie distinctus.
- 50. Castanea societas inter Mariam, et Joseph uerum est Matrimonium.

Esta obligacion de pagar los tributos en los Ecclesiasticos es de...



*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]*

30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50

*[Faint handwriting at the bottom of the page, possibly a signature or a date.]*